



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Emmeranus M. & P. 22. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

tes, & Jovem hospitalem reveriti, manus hospitum sui sanguine lavare reformidarunt. Sed ille nullam aliam symbolam quam cædem suam oravit. Accepit ergo hanc, & tumulo suo est conditus. Noverat jam, noverat resurgere flores terrâ obrutos. Ex Surio.

Stude cognoscere te ; quia multò melior & laudabilior es, si te cognoscis, quam si, te neglecto, cognoscere cursum siderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, & haberes omnium celestium & terrestrium sapientiam. S.Bern.l.Med.c.5.

S. EMMERANUS M. & P. 22. Septembbris.

Ortum hoc sidus in Aquitaniâ est : luxit diu Bojariæ, sed numquam clarius, quam cum occidit. Res in hunc modum gesta. Uta Theodonis IV. Bojorum Ducis filia, dum stupri consuetudinem cum Sigebaldo juvete cætera nobilitatibus habet, ecce uterus intumescens scelus prodit; ipsa EMMERANO, dum patrem eum dicit, mortem parit. Landbertus enim Utæ germanus scalarum radiis illigato manuum pedumque digitos, aures item naresque & quæ natura velavit, articulatum omnia præfecat, eruit oculos, linguam denique stirpitus avellit. Sed etiam sine hac cum loquetur EMMERANVS, quid aliud loquebatur, quam innocentem se mori? Quid? terra & illa quæ sanguinis imbres biberat, & illa quæ tumulum prima dederat, numquam non virenti cespite lata aër, qui ipsos XL. dies nefas flevit, quod homofecerat; undæ Danubii & ipsæ cæli lacrimis exundantes; lampadum ignes, qui in eâ pompâ, quæ Ratisponam sacra lipsana advecta sunt, inter omnes ventos pluviasque pertinaciter emicabant;

mirabilis

2. Sept.
hospi-
le nul-
oravit.
nditus.
obru-
audabi-
no sceris
es homi-
elestium

tembris.
ixit diu
m cùm
Theo-
ri con-
a nobili
dit; ipsa
nortem
calarum
s, aures
culatim
denique
oquere-
, quām
illa quā
lum pri-
ite lētas
homofe-
is exun-
ipā, quā
nter om-
nicabant;
mira

23. Sept. VITÆ SANCTORVM. 463
mira denique alia innumera, an non totidem in-
tegritatis testes sunt ab omni naturâ submissi?
Nec pro EMMERANO solum, etiam contra EMMERANÙ hostes Numen pronunciavit. Correpti
infaniam carnifices. Uta Landbertusque exules, il-
la inter Italos, hic inter Hunnos perierunt, vindic-
ata in seros etiam posteros grassante, quorum
omnium vel cita vel longa mors, hoc est misera
vita fuit, ut ita non minus diu, quām sāpē moriens
innocenti tyrannus parentaret. Ex tom. I. Bavar. S.
& tom. I. Annal. Boic.

Tu, ô Christiane, quāris vindicari de adversario
tuo, qui tibi forsan injuriam fecit? attende Christum.
medicu[m] & gritudinis tua: propter te peperit in ligno, &
nondum est vindicatus; & tu vis vindicari, & non vis
tantum & talem Magistrum imitari. Aug. l. 2. de SS.

S. PROIECTUS EP. 23. Septembris.

Nihil jam novi, si laudes suas infantia in utero
loquitur. Ita PROIECTVS noster gravidæ pa-
renti visus est in somnis per latus nasci, & dextrâ
lilium præ se ferre triumphans. Sensit certè patria
(Forum Cornelii fuit) virtutis odorem, & laudavit
animum etiam lilio candidiorem. Ipse literis bo-
nis imbutus Episcopo Cornelio adfuit, & cùm in
stipem pauperum non nisi duo denarii superef-
fent, loculos vacuos tanto miraculo infarsit, ut in
totius paupertinæ cohortis stipendia suppeterent.
Alias cùm tres hospites alii hospites riderent à car-
nium esu sibi temperantes, nec moniti ipsi à risu
temperarent; collapsum repente cœnaculum est,
risu omnibus, præter tres, quos diximus, & PRO-
IECTVM, emortuis. Subinde mortuus etiam
Cornelius viduam infulam reliquit. Et tulisset

V 4

hanc